

## IN DIE SANCTO

ri p̄d̄ctum sit, quia Iesuſ ad ſalutem utriusq; ſexuſ uenit. Ieſum ſequitur etymologia noīis, cū ait: **Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum.** Vere ſiuſ, q; ſaluſ eſſe poſſit. **A peccatis.** Cōtra Iudeos, q; putant populum de captiuitatibus, non de peccatis per Christum liberandum, **corum.** Nota quod eius eſt ſalus, noſtra uero ſunt peccata.

## IN DIE SANCTO

**Natiuitatis domini. Iohannis ,I.**

**T** In principio erat uerbum, & uerbuſ erat apud deum, & deus erat uerbuſ. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipm facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et re-



**D**ominice natiuitatis diem, qua tempora-liter natus eſt, annua reuolutione colentes, liber oculos mentis ad contemplandam naturā diuinitatis cōuertere: & quia in tribus euāgelistarum dictis, Matthei ſicilicet, Marci & Luce, modus humanae natiuitatis deſcribitur, ad conſubſtantialem dei patriſ eſſentiam, oportet beati Iohannis euangelistæ diſta conſiderare. De cuius euāgeliō locuturi, breuiter quidē, ſed rationabiliter cōmemorādum uideatur, quare tā domini dilectus diſcipulus, in ordine euāgelistarū

## NATIVITATIS DOMINI

73

ponatur extremus. Quia enim suum euangeliū scripsit nouissimus, ideo iure ponitur ultimus: iam uero tria euangelia scripta erant, atque in uniuersum orbem diuulgata. Per Matthæum quippe in Iudæa, p. Marcum uero & Lucam in gentibus. Ipse autē post ascensionē domini, per sexaginta ferme annos euangelium suum, absque ullo adminiculo scribēdi. Asie partibus prædicauit: sed postquam à Domitiano impiissimo Cæsare ac crudelissimo tyranno, propter inuuperabilem euangelizandi constantiam, in Patmos insulam exilio esset relegatus, eruperunt hæretici in ecclesiam, **Marcion**, **Cerinthus**, & **Ebion**, & alij filii diaboli, quos ipse in epistola sua **Antichristos** appellat, quicquā diuersis dogmatibus scindere conari sunt, dicentes Christum ante Mariam non fuisse. Postea uero cum permittēte piissimo rege Nerua, regressus de exilio, Ephesi moraretur, rogatus traditur ab uniuersis episcopis & presbyteris, ut quia iam in tribus euangelistarum libris (ut diximus) temporalem domininatuitatem pleniter habebat expositam, eis de diuinitate sermonem faceret, & ad memoriam futurorum scriptū relinququeret, ut scilicet post eius recessiōnem de mundo, haberent fidèles unde fidem suā munirent, & hæreticorum falsa dogmata destruerent. Quod primum se negauit facturum, sed illis in prece perseverantibus, non aliter hoc facere acquieuit, nisi prius triduano ieuijō omnes in commune dominum precarentur. Quod cum libertissime ab omnibus factum esset, die tercia expleti ieuijij, tanta domini gratia, secundum sui nominis congruam interpretationem dicitur repletus, ut usque ad contemplandam diuinitatis substantiæ naturam ultra omnes

homines raperetur, & regem in decoro suo cernens,  
de ipso purissimo fonte diuinitatis hauriret, qđ no-  
bis sicutientibus propinaret, & sic per totum sui euani-  
geliū textum pauca de humanis actibus salvatoris in  
serens, sufficiēter ex diuinitate scripta reliquit. Vnde  
bene in cōtra super pectus dñi recubuisse dicit. Quia  
enī in pectore Iesu sunt omnes thesaūri sapientiae &  
scientiae absconditi, inde gustās quām suavis est dñs,  
nobis esuriētibus cibum uitæ æternæ est imparitus.  
Vnde bene inter quatuor animalia aquilæ specie ra-  
tionabiliter habere describitur, quia sicut aquila præ  
ceteris avibus altius uolat, & præ cunctis animanti-  
bus iubar solis irreuerberariis oculis contēplatur, ita  
Iohannes præ cunctis hominibus subtilius ex diuini-  
tate sensit, & præ cunctis mortalibus altius aeternis o-  
lis naturam contemplatus est, dicens: In principio  
erat verbum, et verbum erat apud deum, et de-  
us erat verbum. Alij enī Euāgelista Christum  
in tempore natūrū describunt, ille uero ante omnia tem-  
pora eum fuisse commemorat, dicens: [In principio  
erat uerbū] Alij eū subito hoīem inter hoīes apparu-  
isse cōmemorat, ille semper cū deo patre manere ostendit,  
dicens: [Et uerbū erat apud deū] Alij hunc uerū  
hominē describit, ille uera cōfirmat deū, dicens: [Et  
deus erat uerbū] Alij corporaliter de Maria uirgine  
natum, tēporaliter inter hoīes conuersatū fuisse asse-  
runt, ille cū deo patre semp fuisse demōstrat, dicens:  
Hoc erat in principio apud deum. Alij signa &  
virtutes quas inter hoīes fecit, ille qđ deus per filium  
omnem creaturā cōdiderit manifestat, cū ait: Omnia  
per ipsum facta sunt et sine ipso factū est nihil.  
Et mirabiliter ordine beatus Iohannes Euāgelistā in ex-

## T NATIVI. DOMINI

ordio sui euangelij, & fidem credentium roborat, &  
hereticorum falsum dogma damnat. Fuerunt enim  
haeretici qui dicebant: si ergo natus est Christus, erat  
tempus qñ ille non erat. Quorum errorem euangeli  
stai in ipso exordio sui euangelij destruit, cum dicit:  
[In principio erat uerbū] **Quia** non dixit, in princi-  
pio c̄epit esse uerbū, sed in principio erat uerbū, ostē  
dit nullum tēpus eius naturā antecessisse, sed ipsum  
ante om̄ia tempora semper esse, sicut ipse in euange-  
lio dicit. Ego principiū, qui & loquor uobis. Et in p. **Johan. 1.**  
uerbijs: Dñs possedit me in initio uiarū suarū anteq  
quicquā faceret à principio, ab ēterno ordinata sum,  
& ex antiquis antequam terra fieret. Et iterum: **Qn**  
præparabat cælos, aderam, simul cum illo cōponens **psalm. 89.**  
om̄ia. Hinc per Psalmistā dicitur: Priusquam mōtes  
fierent, aut formaretur terra & orbis, à seculo & usq  
in seculum tu es deus. Iterum fuere alij ueritatis ini-  
mici, qui tres personas sancte trinitatis negare uole-  
tes, dicerent: Pater quādo uult, filius est: quādo uult,  
spiritus sanctus est: filius quando uult, pater: quando  
uult, sp̄uissanctus est: spiritus sanctus quando uult, pa-  
ter est aut filius, idem rameū unus est. Et horum fal-  
sissimum errorem uerax euangelista dissipat, cū sub-  
iungit: [Et uerbum erat apud deum.] **S**i enim alter  
apud alterum erat, manifestum est, quia alia est per-  
sona patris, alia filii, alia spiritus sancti. Nec pater iu-  
xta illorum fallaciam aliquando mutatur in filium,  
aut filius in patrem, neq spiritus sanctus in patrē aut  
filiū, sed pater semper est pater, filius semper est filius,  
sp̄uissanctus semper est spiritus sanctus. Non enim diui-  
na natura uel substantia mutari potest, teste Iacobo  
apostolo, qui ait: Apud quem non est transmutatio, **Jacobin.**

nec uicissitudinis obumbratio. Item fuerunt alij filii  
diaboli, qui Christum hoiem tñm crederet, deum ue  
rum negarent. Et horum fallaciam spirituali mucro  
ne euägelista amputauit, cù adiungit: [Et deus erat  
uerbum.] Congrua eñ ratione coeternus patri fili  
us uerbū dicitur, quia sicut nos interiorem cordis no  
stri uoluntatem per uerbū patefacimus, ita deus pa  
ter per filium cuncta quæ uidetur operatus est, teste  
**P**sal. 32  
**C**or. r.  
Psalista qui dicit: Verbo dei cæli firmati sunt, & spi  
ritu oris eius omnis uirtus eorum. Sive uerbum patris  
filius dicitur, q[uod] ut ait **A**póstolus: uirtus & sapientia  
est patris. De quo alibi **P**salista ait: Eructauit cor  
meum uerbum bonū. Fuerunt rursus alij, qui deum  
**C**hristum quidem crederent, sed ex **M**aria exordiū  
sumplisse putarent, quorū unus mente captus dixisse  
fertur: Non inuideo Christo factō deo, quia si uolo,  
possum fieri similis illi. Et horū nefandissimum erro  
rem sanctus Euägelista opprimit, cum adiuc subiun  
git: **D**oc erat in principio apud deū. Ostendēs  
illum non ex tempore incrementū sumplisse, sed semp  
in coeterna substantia cū patre esse. Item fuerunt &  
alij ueritatis inimici, q[uod] quasdā creaturas à deo, quas  
dam à quodam principe tenebrarū factas assererent,  
& hos destruit euägelicus sermo, cù adiugit: **O**mnia  
per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est ni  
hil. Quæ eñ subsistūt, per ipsum facta sunt, sicut scri  
ptum est: Qui manet in æternū, creauit omnia simul.  
Non quasdā bona, quasdā mala, ut illi putauerunt,  
sed omnia ualde bona, sicut scriptum est: Videl cuncta  
quæ fecit, & erant ualde bona. Quod uero quasdā  
creatura mala esse uidetur, propter peccatiū hoīs con  
tigit, sicut per quendam sapientiē dicitur: Bestiarum

CTO  
T NATIVITATIS DOMINI 77

entes scorpij & serpentes, omnia in vindictam crea-  
ra sunt. Nam peccatum, quia subsistendi natura non  
haber, non est a deo creatum, sed a diabolo inuentum,  
& ideo nihil est, & quodcumque non subsistit, nihil est, sicut  
de cultura idolorum Apostolus dicit: Scimus quod nihil <sup>1 Cor. 8.</sup>  
est idolum. Fuerunt & alii heretici, qui diuinæ naturæ  
substantiæ subtilius quam deberent perscrutantes, unige-  
nitum filium dei, in diuinitatis forma a deo factum,  
& non a patre dicerent genitum, sicut fuit Arrius, ut per  
hoc cum minor patre assererent, quod non ex deo genitum,  
sed a deo factum prædicaret. Quorum errore uel demeti-  
am fide armatus Euangelista conculcat, cum dicit:  
[Omnia per ipsum facta sunt.] Si enim omnia per ipsum  
facta sunt, ipse non est factus, qui omnia fecit: & ideo  
non creatura, sed creator: non factura, sed factor, in  
æqualitate patris credendus est, sicut ipse ait in euangeli-  
o: Ego & pater unus sumus. Et quod alia creaturæ <sup>Johan. 10.</sup>  
rationalem rationabilis dei sapientia creavit, ne pu-  
tates eius uoluntatem esse mutabilem, ut subito uellet  
facere alia creaturæ quam in æterna sua dispositione  
non fecisset, rem necessariam euangelista subiunxit, di-  
cens: Quod factum est, in ipso uita erat. Qui uersi-  
culis ira distinguendus est, ut primus dicamus, quod  
factum est, deinde inferamus, in ipso uita erat, & est  
sensus: Quod factum est ab illo, in tempore apparuit, siue  
uiues siue uita carens, in ipso uita erat, id est in eius æter-  
na sapientia, etiam illa quæ non uiuit, antequam crea-  
rentur, uiuebant, scilicet ante initium mundi, quod ut po-  
stea fierent dispositum erat, ac per hoc quasi factum  
erat, quia omnis creatura in ipso filio dei imaginata  
erat. Quod ut manifestius possit intelligi, de rebus  
difficilibus exemplum adhibeamus, uerbi gratia: Fa-

## IN DIE SANCTO

ber lignarius pergit in syluam, inspicit arborē, cogitat ex illa facere arcā, uel quodlibet uas. & cum arbor maneat adhuc nō scissa, iā in eius sapientia quartæ longitudinis & latitudinis futura sit, cōsideratur, cuius fabrica in eius arte ex eo uiuere comprobatur, cum tamen ex se non uiuat, quasi aut uetustate aut igne consumpta fuerit, iterum eiusdem quantitatis & qualitatis nouit uas fabricare. Ita deus omnipotens, antequā mundū crearet, antequā mundi creaturas in proprias species formaret, in eius sapientia, nō solum quae uiuunt, sed etiā quae uita carent, uiuebāt. Sed ne aestimares omnem creaturam in hoc seculo uitam habere uel illuminatā esse, recte subdit: **Et vita erat lux hominū.** Quod est aperte dicere, quia ipsa uita & sapientia per quam cuncta sunt creata, & in qua per quandam rationem (ut dictum est) uiuere dicuntur, lux est hominū. i. rationabilium creaturarū, non irrationaliū. Non enim bestiae & pecora, sed homines illuminantur, qui rationalib[us] sunt. Licer nāq[ue] bestiae uiuant, tamen non illuminantur, ut possint sapientiam & intellectum atq[ue] spiritū discretionis habere. Quibusdā enim creaturis tribuit esse, uiuere, sentire, & non discernere, ut animalibus: alijs esse, uiuere, sed nō sentire, ut arboribus: alijs etiam esse, nec uiuere, nec sentire, ut petris. Hominibus autem tribuit esse, uiuere, sentire, atq[ue] discernere. Vnde bene illuminati sunt, q[ui] ad imaginē dei creati sunt. Sed & animalis quicunq[ue] est hō, non percipit ea quae sunt spiritus dei. Sed quia nullam excusationem de ignorantia carnaliter uiuentibus æterna dei sapiētia reliquit, recte subinfert: **Et lux in tenebris lucebat, et tenebrae eam non comprehenderunt.** Tenebrae enim homi-

## NATIVITA. DOMINI

nes sunt iniqui, homicidae, adulteri, raptore, immun  
di, & his similiū patratores. De quibus pér Iohānem  
dicitur: Omnis qui odit fratrē suum, in tenebris est, &  
in tenebris ambulat, & nescit quod eat, quia tenebrae  
excāauerūt oculos eius. Vnde & Apostolus creden **Ephes. 5**  
tibus ait: Fuistis aliquando tenebrae, nunc aut̄ lux in  
dño. Sic lux in tenebris lucet, quia li qui carnaliter  
uiuunt, de ignorantia excusationem habere nō pos-  
sunt, quando sapientes sunt ut faciant mala, bene au-  
tem facere nesciūt. Quia em̄ sensum rationalem, per  
quem & dñm & eius uoluntatem possunt cognosce-  
re, carnaliter uiuentes obtenebrant, lux in tenebris  
lucet, & tenebrae eam non comprehendenterunt. Solet  
autē contingere aliquorū, ut maioris sensus acumi-  
ne, hi qui carnaliter uiuunt, splendeant, quam illi qui  
simplicer, sicut dominus ait in euangelio: **Filij hu-**  
**ius seculi prudenterios filijs lucis in generatione sua**  
sunt. Igītū lux in tenebris, quia quamvis iniqui ho-  
mines nō uidentur luce, Christū, ramen opera eorū  
mala uidentur à luce, scilicet à Christo, cuius oculis  
nuda & aperta sunt omnia. **Psalm. 53.** Psalmista teste q̄ ait: **Vul-**  
tus autē domini super facientes mala. Verbi gratia,  
si ponatur cecus ad solem, sicut ipse non uider lumen  
solis, sed circumfunditur ab ipso, sic prædicti homi-  
nes non uident deum, sed uidentur à deo. & ideo q̄a  
deus hos uider, lux in tenebris lucet, id est, in ipsis ho-  
minibus, uel certe in tenebris lux lucet, quia ipsa sapi-  
entia per quā nos homines esse cognoscimus, & ali-  
quid facere intelligimus, comparati iumentis insipi-  
entibus, & similes facti, ueram lucem, id est, deum,  
nos qui sumus tenebrae non comprehendimus. **Vn-**  
**dere bene dicit Euangelista: Et tenebrae eam non**

## 80 NATIVITATIS DOMINI

2. Cor. 6.

**comprehēderunt.** Nulla quippe participatio (ur  
ait Apostolus) luci ad tenebras, nulla cōuenitio Chri-  
sti ad Belial, nec pars fideli cum infideli. **Quia** uero  
dei lucem ineffabilem humana mens in tenebris po-  
sita, subito uenientem sustinere nō poterat, ne in his  
tenebris remaneret, ipsa lux uentura, mundo præmi-  
sit hominem ante se magni meriti, uelut lucernā an-  
te diem, Luciferum ante solem, per cuius testimoniu-  
m & prædicationem, ad uidendam ueram lucem,  
lippitudo mētis humanae præpararetur, et cognosce-  
retur deus & homo. **Si** enim dñi lux subito nobis ap-  
pareret, magis inde exēcaremur q̄ illuminaremur.  
**Sed** paulatim dñs per patriarchas & prophetas, suū  
aduētum nobis denūciare uoluit, ut uerbi causa, sic-  
ut cum in nalle consistimus, orientem solem cerne-  
re non possumus, ramen in eis summitatem ascendē-  
tes, illius ortum resplendere uidemus, & scimus ipm  
radiare cito: Ita & dñs, per sanctos suos mentes no-  
stras ad suam lucem contemplandam trahere uolu-  
it. **De** quibus montibus fuit iste, de quo & subditur:  
**Fuit homo missus a deo.** Vbi in primo uerbo  
obedientiū virtus in illo commendatur, cum dicitur,  
[fuit homo missus a deo.] **Non enim à semetipso, id**  
**est, sua præsumptione uenit, sed à deo missus est.** Ali-  
ud est enim à se uenire, aliud à deo mitti. A se quip-  
pe uenit, qui præsumptiue, in eo quod docet, suā glo-  
riam querit. **Vnde de pseudoprophetis dictū est:** Ipsi  
ueriebant, & non mittebam eos: loquebantur, cum  
non præcepérā illis, ergo non erat de talibus Iohā  
nes, sed potius ex illis erat, quibus saluator ait in euā  
**Io'han. 15. gelio:** Ego uos elegi de mundo, ut eatis, & fructū ad-  
feratis, & fructus uester maneat. **A** deo quippe mit-

Jerem. 23.

**T**NATIVITATIS DOMINI 81  
 quippe patet  
s, nulla ratione  
im infidele. Quo  
a mensuram  
re non potest  
entur, quod  
erit, scilicet  
per causas re  
lendam utram  
pararentur pro  
tum lux fabri  
mum quæ illumi  
natur, & proprie  
tum, ut aeris ca  
pientem fideli  
s summae res  
idemus, & si  
factors fuisse me  
solandam trahi  
ste, de quo illi  
). Vnde patet  
mentare quoniam  
non enim t' eme  
re d' a deo nullus  
a deo min. A  
eo quod don' s  
proprietate disti  
cos loquuntur  
on era destru  
bus latentes, &  
o, ut exi, & illi  
at. A deo

titur, qui in eo quod docet, dei laudem & animarum  
 lucra querit, qualis erat **M**oyses, cui dictum est: **V**e  
 ni, & mittam te in **A**egyptum. qualis erat **I**saia propheta,  
 qui, dicente domino: **Q**uem mittam, & quis **I**saie. 6.  
 ibit nobis ad populu istum? respondit. **E**cce ego, mit  
 te me. **T**alis erat Iohannes Baptista, de quo dicitur:  
 [Fuit homo missus a deo.] **Q**uid vocabatur homo  
 ille: sequitur: **L**ui nomè erat **J**ohannes. **A**d qd  
 autem missus sit a deo, manifestatur cum subditur: **H**ic  
 venit in testium onium, ut testimonium perhibe  
ret de lumine. **V**t quid testimonium perhibuit de  
 lumine? Declaratur cum subinfertur: **U**lt omnes cre  
 derent per illum. **N**ō dixit ut oes crederent in illum, quia  
 maledictus homo qui confidit in hoie, sed ut omnes  
 crederent per illum, id est, per eius testimonium oes  
 crederent in Christum. **A**liud enim est credere illum,  
 aliud per illum, aliud in illum. **C**redere illum, & per il  
 lum, ad fidem hominem referri potest: credere au  
 tem in illum, nisi ad deum nō pertinet, uerbi gratias:  
**C**redo Paulum, & per Paulum credo, id est, per eius predi  
 cationem, tamen non credo in Paulum, sed in deum  
 quem predicit. **N**on erat ille lur, sed ut testimo  
nium perhiberet de lumine. Quæritur, quare euā  
 gelista dicat de Iohanne dilecto domini, & inter na  
 totus mulierum maiore, nō erat ille lux, cum dominus  
 discipulis dicat: **V**os estis lux mundi. Sed ad hæc faci  
 lis pater respōsio, quia alia est lux quæ illuminat, alia  
 quæ illuminatur. **L**ux est quæ illuminat, quæ nec ini  
 tum accipit, nec sine concluditur, nec augmentū ca  
 pit, nec defectum patitur, sed semper æqualis perma  
 net. **C**ui luci, id est, Christo, si comparentur homines,  
 tam minores quam pfectiores, tenebræ cōputabuntur.

**N**am & nostra iustitia si illius iustitiae cōparetur, in iustitia reputabitur. Illuminantur enim homines, ut lux sint, ab illo qui ait in euangelio: **Ego sum lux mundi.** Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Qualis erat iste Iohannes de quo dominus alibi ait: Ille erat lucerna ardens & lucens, ardens dilectione & amore, lucens sermone: sed non esse Iohannes lux dicitur, ad comparationem uera lucis, quæ omnes illuminantur, & à nullo illuminantur. Tantum enim distat inter lucem quæ illuminatur, & quæ il luminatur, quātum inter lucernam & luciferum & solem. Illa est igitur principalis lux, de qua adhuc subdit: **Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.** Vbi cum omnem hominem venientem in hunc mundum posuit, ostendit quia siue spirituali gratia, siue naturali in genio illuminantur homines, tantum ab illo possunt illuminari, à quo procedit omnis sapientia, cum quo fuit semper & est ante eum. **In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mūdus eum non cognovit.** Hic manifeste euangelista in mundi uocabulo, tres differentias ostendit. Aliquando enim mundi nomine sancti significantur, aliquando situs orbis terrarum, aliquando mundi amatores. Quod ergo ait, [in mūdo erat, ] ad sanctos pertinet, de quibus alibi dominus dicit: Non uenit filius hominis ut perderet mundum, sed ut saluetur mundus per ipm. Et Paulus apostolus: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Quod uero subiungit, [Et mundus per ipsum factus est, ] ad sitū pertinet orbis terrarū, iuxta illud quod dominus ait in euangelio discipulis: **Euntes in mundum uniuersum.** Quod autem in

**2. Cor. 5.**

**T**NATIVITATIS DOMI.

23

fert, [& mundus eum non cognouit,] ad mundi pertinet amatores. De quibus alibi dominus ait: Pater iuste, mundus te non cognouit. In eo uero quod ait, [In mundo erat,] ostendit per diuinitatem eum ubique esse praesentem: quia nullo coeluditur loco, uel excluditur, sed ipse est superior & ipse inferior, ipse interior & ipse exterior. Legitur [in mundo erat,] id est, in orbe terrarum. Quidam tamen in mundo, in sanctis hominibus exponunt. [Mundus per ipsum factus est,] quia omnis creatura per ipsum, & ab ipso facta est ex nihilo. [& mundus eum non cognouit,] id est, mundi amatores. Recte enim mundi amatores, mundi nomine uocantur, quia mente & desiderio mundum incolunt. Visibiliter autem eum signa facientem, scilicet Iudei uiderunt, & ipsum non cognoverunt. Nam celum cognouit, quando eo nato nouam stellam misit: mare cognouit, quando sub platis eius se calcabile praebuit: terra cognouit, quando eo moriente contremuit: sol cognouit, quia radi os suos in eius morte abscondit. Sed (ut diximus) mundi amatores, scilicet Iudei, non cognoverunt, de quibus adhuc subiungitur: **In propria uenit, et sui cum non receperunt.** In propria quippe uenit, quia non solum ex stirpe Iudeorum carnem assumpsit, sed etiam inter eos docuit, prædicauit, signa & uirtutes inenarrabiles ostendit. [sed sui eum non receperunt,] id est, Iudei quos sibi peculiariter prioribus temporibus uelut proprios asciuerat, quos in terra reprobationis electis hostibus habitare fecerat, quibus legis notitiam dederat, & ad quorum executionem prophetas miserat, & ex quibus nasci elegerat. Sive certe [in propria uenit,] quia in mundo

f ij

apparuit per humanitatem, quē fecerat per diuinitātem. Venire quippe & abire, humanitatis est: manere & esse, diuinitatis. [ Sed sui eum non receperunt ] .i. hoīes quos ad imaginem & similitudinem suā fecerat, magna ex parte in eum credere noluerūt. Sed nunquid omnes ab eius notitia alieni remanserunt? Non. Nam sequitur: Quotquot aut̄ receperunt eum. Illi eum receperunt, qui eū à patre misum filū dei crediderunt. Sed quid eis profuit quod eū receperunt? Dedit eis (inquit) poteſtatē filios deiſierī, bis qui credunt in nomine eius. Vbi larga misericordia dei ostenditur, qn̄ qui serui non fuerāt digni, etiam filij uocantur: non per naturā, sed p adoptionis gratiam, ut hic hæredes dei per fidem, coha-re des efficiamur Christi per gratiam, iuxta quod id ē Iohannes in fine euāgelij sui script̄, dicens: Hæc aut̄ scripta sunt ut credatis, qm̄ Iesus ē filius dei, & ut cre-dentes, uitā habeatis in nomine eius. Quid ergo be-nignius, quid misericordius, q̄ unicus filius dei, nolēs manere solus, nostra carne sumpta, nos fecit dei filio-s, & sibi adoptauit in fratres, ut quod ipse habebat per naturā, nos haberemus p gratiā. De quibus ipse

**Matt. 7.** dicit in euangelio: Quicunq̄ fecerit uoluntatem pa-tris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & m̄ est. Et post resurrectionem discipulos fratres uocare dignatus, ait: Ite, nūciate fratribus meis. Ad hāc ad-optionē non uenit, nisi qui fide crediderit in nomine eius, qm̄ sicut scriptū est: Iustus ex fide uiuit, sine qua impossibile est placere deo. Et ne putares hanc natiuitatem carnalem esse & non spiritualē, recte subiungitur:

**Habac. 2.** Quinō ex sanguinibus, neq̄ ex volun-tate carnis, neq̄ ex voluntate viri. In quo loco

rum ex sanguinibus posuit, contra regulā artis grammaticæ fecit, quia apud grāmatics sanguis semper singulariter, & nunquam pluraliter enuncia: ut scdm regulam. Sed non curæ fuit Euangelista obseruare regulam artis grammaticæ, ut perfectius sensum explicare posset. Si em̄ diceret ex sanguine, uiri tñ uide retur significare semen, & non pleniter quod ueller exprimeret: cū uero dicit ex sanguinibus, uiri part & feminæ coniunctionē ostendit. Vnde ne quis interrogaret, quare ex sanguinibus dixisset, exponendo subiunxit, dicens: [Neq; ex uoluntate uiri, neq; ex voluntate carnis.] Carnem p uxore posuit, iuxta il lud quod scriptum est: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et erunt duo in carne una. Et Ephes. 5. Apostolus, Nemo unquā carnē suam odio habuit, sed nutrit eam & fouet. Vel ex sanguinibus. i. uitijs & peccatis, sicut per Psalmistā dicitur: Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ. Sed ex deo natissunt. Qualiter uel quōd ex deo nascatur hoīes, Joha. 3. ut filii dei sint per adoptionē, dñs alibi manifestat, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū sancto, nō potest introire in regnū dei. Et iterum: Quod natum est carne, caro est. Et qđ natū est ex spiritu, spū est. Vna est em̄ natura carnalis, altera spiritalis. Vna uisibilis, alia inuisibilis. Et verbū caro factū est, et habitauit in nobīs. Versiculus iste ex superioribus pēder, ac si diceret Euāgelista: Ut hoīes per adoptionē filii dei fieri possent, illud uerbū qđ erat in principio, deus apud deum, illud inquā uerbum factum est caro. i. deus factus est homo, non tñ in carne cōuersus, assumens qđ non erat, nec desinens esse quod erat, gmanens deus, factus est hō. Qui cuncta

# IN DIE SANCTO

fecit in forma dei, id est, cum esset deus, factus est in forma serui, factus est qui fecerat, ut inueniretur qui perierat. Sed et dicit, [uerbum caro factum est,] carnis nois perfectum hominem significat, qui constat ex anima rationali & carne. **V**sus nanci scripturæ est, aliquando per solam animam, aliquando per solam carnem totum hominem significare. Animam nois totus homo significat,

**G**ene. 46. sicut scriptum est: Descedit Iacob in Aegyptum in animabus lxx. Iterum carnis nois totus homo significat, sicut scriptum est in Propheta: Et uidet omnis caro salutare dei. Non enim anima sine corporibus in

Aegyptum descenderunt, nec caro sine anima salutare dei uidere poterit, sed alibi (ut diximus) per solam animam, alibi per solam carnem totus homo significatur. Ita ergo & hoc in loco cum dicit: [uerbum caro factum est,] non aliud est dicere, quod deus homo factus est ex anima rationali (ut diximus) & carne. Fuerunt enim nonnulli heretici, qui dixerunt dominum carnem abs anima suscepisse. Si enim quod minus est, fecit, utique & quod maius est, suscepit. Qui enim pro liberandis animabus carnem suscepit, sine dubio humanam animam suscepit. De qua ipse loquitur: Potestatem habeo ponendianimam meam, & iterum sumendi eam. Et iterum: Christus est anima mea usque ad mortem. Quod uero subditur, [& habitauit in nobis,] ad illos specialiter pertinet, qui bus uisibiliter apparuit, & cum quibus corporaliter conuersatus est. Vel aliter, [habitauit in nobis,] ut habitaremus in ipso, habitat in nobis protegendo, habitamus & nos in ipso ut protegamus ab illo.

Ut autem inter nos habitare posset, cum esset in formadei, non rapinam arbitratus est esse se aequalis deo, sed semetipsum exinanuit formam serui ac-

**J**ohann. 10. mam meam, & iterum sumendi eam. Et iterum: Christus est

cipiens, in similitudinem hominum factus, & habi-  
tu inuenitus ut homo. **Et vidimus gloriam eius,**  
**gloriam quasi vnygeniti a patre.** Gloriam eius  
uiderunt in humanitate, qui uidere non poterant in  
diuinitate, quia quam ante incarnationem uidere non  
poterant, uidere postquam uerbū caro factū est. Glo-  
riam igitur dei latetis in hōe, illi specialiter uiderūt,  
qui eū miraculis coruscantem conspicere meruerūt.  
Illi quoq; eius gloriā manifestius conspexerunt, q; eū  
ante passionē transfiguratū in mōte contēplati sunt,  
audientes desup uocē patris intonantē. **Hic est filius** Matth. 3:  
**meus dilectus, in quo mihi cōplacui.** De quibus unus  
fuit iste lohānes, de q; talia reuelata sunt, & per quem  
talia signa sunt monstrata, quæ nullus facere posset,  
nisi qui unigenitus patris esset. **Nā & post resurrectio-**  
**nem spiritus sanctus eosdē discipulos obūbrare atq;**  
**replere dignatus est, ut per haec & unigenitum dei co-**  
**gnoscere filium, & ex matre primogenitum.** **Sed est**  
**differentia inter unigenitum & primogenitum, quia**  
**non omnes primogeniti unigeniti, sed omnes unige-**  
**niti primogeniti uocantur.** Primogenitum enim di-  
cimus, nō solum quem alij sequuntur, sed etiam quem  
nullus praeedit. **Ex eo aut̄ qđ euangelista Matth̄o**  
**ait, Donec peperit filiū suum primogenitū, occasio-**  
**nē trahere uoluerunt hāretici, beatæ Mariæ virginis**  
**tatē infamare cupientes.** Dixerunt enim eā alios fili-  
os post dñm ex Ioseph habuisse, & ipsos esse uolue-  
runt, qui in euangelio fratres domini appellātur, nō  
considerantes, quia fratres in scripturis uarijs modis  
uocantur. Aliquando enim natura fratres dicuntur,  
aliquando cognatione, aliquando gente, aliquando  
euam dilectione. **Natura, sicut Cain & Abel, Esau &**

**Iacob, Petrus & Andreas.** Cognatiōe, ut **Abraam & Lor,** iuxta quod ipse **Abraam** ait: Ne quāsō sit iurgi

um inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos, fratres enim sumus. Similiter **Iacob & Laban,** eodem **Laban** dicente. Num quia frater meus es, gratias seruies mihi? **Gente,** sicut omnes ludixi fratres diciti sunt, dicente ipso latore legis **Moysē:** Si constituendo constitueris super te regem, non habebis potestatem aliae gentis hominem constituiere, sed eū qui sit frater tuus, id est, de gēte tua. **Dilectione,** sicut omnes

**Matth. 22**

enim uos fratres estis. Eodem modo fratres domini cognatione dicti sunt, qā de illius erāt, pgenie. Ergo dñs non solum unigenitus, sed etiā primogenitus dicitur, quod nō solum alij ex **Maria** post eum nati nō sunt, sed quia ante eum nullus. Quod autem subiungitur, **plenum gratiae et veritatis.** singulari gratia dei filio in homine quē assūmp̄it datū est à patre, ut ex quo homo esse inciperet, pfectus esset deus, pfectus & homo. Nec eandem gratiam ad mensurā accipit ut puri hoīes, sed factus homo plenus gratia su

**Coloss. 1.** it, sicut dicit **Apostolus:** In quo habitat omnis plenitudo diuinitaris corporaliter. Et Iohānes baptista: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiā pro gratia. De qua plenitudine gratiā per **Psalmistā** dicitur:

**Psal. 44.** Vnxit te deus deus tuus oleo l̄gitiā p̄cōlōribus tuis. Veritate quoque plenus fuit, sicut ipse in euangelio dicit: Ego sum uia, ueritas, & uita.

**DE SANCTO STEphano Protomartyre. Matthæi xxiiij.**